# Bidrag till Svenska Dipternas kännedom;

af

**P. F. WAHLBERG.** (1839)

---

## 1.

Under den tid jag de sednare åren egnat åt Entomologiens, och synnerligast de tvåvingade Insecternas studium, har det lyckats mig anträffa ett icke obetydligt antal i Falléns *Diptera Sveciæ* obeskrifna och åtskilliga alldeles okända arter, äfvensom jag ägt tillfälle iakttaga flera af dessas eller andras lefnadssätt, metamorfoser m. m., och då jag under denna tid nästan endast undersökt Stockholms-trakten och den del af Östergöthlands kust, som gränsar mot Calmare län, förnämligast omgifningarne af Gusums bruk i Ringarums socken, och således blott allmännare kända delar af riket, har denna mängd af för oss nya föremål ej kunnat annat än vida öfverträffa min väntan, samt hos mig väcka håg att efter förmåga redovisa för hvad jag funnit och iakttagit. Ett giltigt skäl har likväl hitintills afhållit mig härifrån och bestämmer äfven formen och omfånget af närvarande bidrag. Vår förtjenst-

subporrectis nigro-fuscis, linea transversa frontis supra antennas et basi tarsorum rufis, stigmate maculaque alarum apicali determinate nigris, halteribus nigro-fuscis.

Habitat ad Gusum cum prioribus, rarior.

*Mas* et *Femina.* Congeneribus paullo minor et antecedentibus angustior. Frons nigra, linea tantum transversa rufa supra antennas. Palpi cum proboscide nigri. Antennæ subporrectæ, angustiores et longiores, nigro-fuscæ. Abdomen fere glabrum. Pedes, basi tarsorum excepta, nigri. Alæ basi ad costam subinfuscatæ, stigmate sine umbra adjacente nigro et macula, ut in *Ortalide vibrante*, determinata, subtriangulari, parva sed saturate nigra, omnino apicali, inter nervos 2 et 3 longitudinales sita, utrosque paullo superante.

4. *Ps. angustata:* sublinearis nigra subtilius punctata, antennis oblongis deflexis cum clypeo fuscis, stigmate alarum lineari et macula apicali obsoleta et indeterminata fuscis, halteribus albidis.

Femina tantum unica ad Gusum 1837 capta.

*Femina. Ps. bimaculata* non brevior at multo angustior, sublinearis, magnitudine et statura *Sepsidis putris.* Tota nigra, antennis clypeoque tantum fuscis. Caput minus quam in ceteris depressum, quare oculi quoque magis globosi. Pedes toti nigri. Alæ hyalinæ, basi haud infuscatæ, stigmate sine umbra adjacente, qvam in ceteris magis lineari. Macula posterior alarum totum apicem occupat nervumque 4:tum transscendit quamvis diluta et indeterminata. A congeneribus non nihil recedit, certe tamen hujus generis.

---

## 11. Drosophila alboguttata.

*Dr. alboguttata:* ovata nigro-picea nitida pubescens, clypeo infra medium maculisque 2

thoracis utrinque lateralibus niveo-argenteis, antennis basi rufescentibus, proboscide pedibusque pallide testaceis, alis immaculatis.

Habitat in succo stillante Quercus cum aliis *Drosophilis* (*variegata* &c.) et *Milichiis* ad Ursäter prope Gusum, rarior, die 21 Junii 1837 capta.

*Mas* et *Femina*. *Drosophilæ glabræ* forma et magnitudine æqualis. Caput magnum; oculis tota latera occupantibus, vertice lato, nigro, opaco, longe at parce setoso distinctis. Clypeus infra oculos descendens, leviter emarginatus, vix impressus, medio obtuse carinatus, niveo-argenteus, supra sub antennis determinate niger. Genæ angustæ, pallidæ. Proboscis magna, albida. Palpi nigri. Antennæ subdeflexæ, articulis basalibus rufescentibus, ultimo magno, rotundato, nigro-fusco, seta ut in ceteris *Drosophilis* pectinata. Thorax convexus, magnus, postice setis aliquot longis armatus, nigro-piceus, maculis utrinque 2 parvis lateralibus, subrotundis, niveo-argenteis anteriori omnino scapulari, posteriori sub insertione alæ. Scutellum magnum, apice longe quadrisetosum. Abdomen longitudine thoracis, ano maris obtuso, feminæ vagina pilosa, apice bifida. Pedes pallide testacei, plus minus infuscati, pubescentes, intermedii ceteris fere majores; femoribus anticis subtus spinulosis; tibiis posticis subincurvatis. Alæ abdomen superantes, hyalinæ, viridi-purpureo-micantes, pallide nervosæ, nervis ut in ceteris speciebus directis. Halteres capitulo niveo.